

IACOBI THEODORI KLEIN
IMPER. ACAD. SCIENT. PETROP. REG. SOCIET. LOND. ACAD. BONON. ALIA-
RVMQVE DVM INTER VIVOS ESSET SOCIETAT. MEMBRI,
SPECIMEN DESCRIPTIONIS
PETREFACTORVM
GEDANENSIVM
CVM
SYLLABO TABVLARVM.

IAC. THEOD. KLEIN
PROBE
EINER BESCHREIBUNG UND ABBILDUNG
DER
IN DER DANZIGER UND UMLIEGENDEN GEGEND
BEFINDLICHEN VERSTEINERUNGEN.




Nürnberg,
zu finden bey denen Seeligmännischen Erben.

1770.



IV 503030





Prooemium.

Vorbericht.

Auctori huius operis, cum de conscribenda Oryctographia Gedanensi cogitaret, ad manus adhuc erat supplex illa pretiosissima et locupletissima rerum naturalium et artificialium, sub nomine Musei Kleiniani, satis superque cognita, in quo prae ceteris, maxima copia fossilium huius Territorii et vicinorum Regionum adseruabatur. Ex tanta Collectione, Possessor, facillimum delectum instituere et quae proposito inseruire possent, seponere valebat. Hunc in finem, nobiliora specimina viuidis coloribus depingi curabat, quum interim eorum descriptiones inchoare, meditaretur.

Accidit eo tempore, quod in Germania de quodam Opere, ac ut ex circumstantiis concludi licet, hodierno perpulchro Knorriano de

Als der Verfasser dieses Werks auf die Gedanken kam, eine Beschreibung der um Danzig und in dasiger Gegend, aus der Erde gegrabenen Körper zu verfertigen, so besaß er noch seine vortreffliche Sammlung natürlicher und anderer Seltenheiten, worunter sich besonders eine grosse Menge von dergleichen Körpern befand. Aus diesem reichen Vorrath, war es ihm leicht eine Wahl zu treffen, und was zu seinem Vorhaben dienlich schien, abzusondern. In dieser Absicht ließ er die vorzüglichsten Stücke nach der Natur mit lebendigen Farben abmahlen, mittlerweile, daß er deren Beschreibung zu verfassen anfieng.

Es ereignete sich eben zu dieser Zeit, daß man in Deutschland auf den Vorschlag kam, ein gewisses Werk heraus zu geben, das, wie man aus den



de petrefactis, non valde absimili, edendo, multa proponerentur.

Kleinius noster, tum ex commercio Epistolarum suo erudito quum fama Musei sui nimis innotuerat, quin non peruulgatum esset, quae circa Oryctographiam Gedanensem elaborandam, iam molitus esset.

Aditur ergo noster, et enixis precibus rogatur, ut paratas et iam absolutas delineationes, perlustrandi gratia, num videlicet meditato Operi inseri possent, communicare vellet.

Ad seruitia semper Kleinius paratus, petito annuit praecipuasque Tabulas iam depictas, immo maximam partem earum, transmisit.

Certo tempore praeterlapsò ad aures peruenit, quod propositum opus non perficeretur, repetit ideo per litteras, quas miserat Tabulas, sed incassum, vanis subterfugiis luditur, repulsum fert, sique delineationes nunquam recuperauit.

Quum auctor ratum duxit, in praefatione sua de his omnibus pauca modo verba facere, caetera vero, velamento silentii obtegere, ex nostra parte ulteriora proferre et magis inquirere, nolumus.

Hoc casu Kleinius noster non parum in perficiendo suo opere retardatus est; insuper aduenit, quod oportunam nactus sit occasio-

nen, den Umständen urtheilen kann, mit dem jezigen so schönen Knorrischen Versteinerungswerke einige Aehnlichkeit haben sollte.

Unser Klein war durch seinen gelehrten Briefwechsel sowohl, als durch den Ruf seiner gesammelten Merkwürdigkeiten allzubekannt, als dass man nicht erfahren hätte, wie er damit umgieng, eine Beschreibung von den in der Danziger Gegend befindlichen versteinerten und andern Körpern heraus zu geben.

Man wandte sich demnach an ihn, und er wurde mit den verbindlichsten Ausdrücken ersuchet, die schon vorräthig gemahlte Abzeichnungen, ob solche nicht zu dem vorhabenden Werk brauchbar wären, zum Durchsehen mitzutheilen.

Er war sogleich nach seiner dienstfertigen Gemüthsart bereitwillig dazu, und überschickte dem Verlangen nach, die meisten und ausgesuchtesten Abbildungen.

Nach einiger Zeit musste er hören, dass das vorgehabte Werk ins Stecken gerathen wäre, er bat sich also seine gemahlte Zeichnungen wieder aus, sie wurden ihm aber unter verschiedenen nichtigen Vorwänden zurück behalten, und hat er dieselben niemals wieder bekommen.

Da der Verfasser für gut befunden, alles dieses in seiner Vorrede selbst, nur mit wenigen Worten zu erzählen, die übrigen Umstände aber mit dem Mantel der Verschwiegenheit zu bedecken, so wollen wir auch nichts weiters davon anführen oder zu entdecken suchen.

Dieser Vorfall setzte den verstorbenen Klein, in seiner vorgenommenen Arbeit, etwas zurück; dazu kam noch dieses, dass er damals Gelegenheit



nem, Museum suum cum omni suppellestile, conditionibus lucrosis, diuendendi.

Serenissimus nimirum tunc in viuis, Princeps et Marchio Culmbaco-Baruthensis, 1740. Collectiones praefatas et quae insuper alia memorabilia possideret, insimul, emtionis via, sibi comparare non deditus est.

His causis, quas et aliae insecurae sunt, Author permotus, incepto opere destitit et imperfectum dereliquit, posteaque pro eo, Orbem litteratum, praesertim Historiam naturalem, operibus aliis eruditissimis ditauit, quae cum insuper cognita sint, superuacaneum foret, illorum hic mentionem facere.

Kleinius noster, semper indefessus et strenuus Naturae Indagator fuit, sicque nullam praetermisit occasionem colligendi et adquirendi naturalia certi momenti; si quae offerrentur et ad manus venirent.

Breui tempore post venditam egregiam suppellestilem, denuo incepit specimina rarioia ex regno naturali inquirere, in primis non oblitus est, omnia fossilia ex Territorio Gedanensi, quae reperiri possent, coadunare.

Successu temporis et usque ad obitum eius, nouae hae collectiones in eximum numerum creuerunt, hinc euenit, quod Supplex Societatis physicae Gedanensis, hoc donato et accedente Thesauro, pro voluntate ultima Possessoris, ditissime auctor sit.

Iam in grauescente senectute, Kleinius noster, propositi olim Operis recordatus est.

Re-

heit fand, seine ganze Sammlung von Seltenheiten, auf vortheilhafte Bedingungen abzustehen.

Sr. Hochfürstl. Durchlaucht nämlich, der zu der Zeit regierende Marggrav von Culmbach-Bayreuth erkauften von ihm 1740. sein schönes Naturaliencabinet, mit allen übrigen Seltenheiten.

Diese verschiedene Ursachen zusammen genommen, wozu sich noch andere gesellten, bewogen unsren Klein, sein Vorhaben aufzugeben und ruhen zu lassen, statt dessen er die Naturkunde mit andern gelehrten Werken, die allzubekannt sind, um hier angeführt zu werden, zu bereichern sich bemühte.

Wie nun der verstorbene Klein ein unermüdeter und unverdrossener Naturforscher war, so konnte er sich auch niemals enthalten, wenn was von Merkwürdigkeiten der Natur ihm zu Händen und vorkam, theils an sich zu bringen, theils zu sammlen.

Kaum hatte er seinen kostbaren Vorrath abgetreten; so fieng er aufs neue an natürliche Seltenheiten aufzusuchen; besonders vergaß er nicht, alles was von gegrabenen Körpern aus der Danziger Gegend aufzutreiben war zu häufen.

Mit den Jahren und bis zu seinem Absterben ist dieser neue Schatz zu einer beträchtlichen Menge angewachsen, so dass nachgehends die hiesige Naturforschende Gesellschaft, welche ihn nach seiner letzten Willensmeynung als ein Geschenk erhalten, einen grossen Beytrag zu ihrer Sammlung dadurch bekommen.

Gegen seine letzten Lebensjahre erinnerte sich unser Klein wieder seiner ehemals vorgehabten

B

Ar-



Resumit laborem, Tabulas depictas, quae remanserant, hinc et illinc sparsas colligit, in ordinem redigit et noua specimina, quae interim adquisuerat, in plagulis permultis delineanda viuidisque coloribus pingenda curat et prioribus addit.

Hac vice autem Ostracodermata petrifica ta, huius regionis solummodo, adiectis pa sim quibusdam Coralliolithis pertractare stauit, et ex hac ratione, operi, modestum titulum, *Speciminis Oryctographiae Gedanensis* saltem, praefigere ratum duxit.

Quod vero praeter dicta fossilia et aliis variis generis, Regio Gedanensis abundet, facile coniici potest; sed incongruum sane esset, si in hac praefati uncula, multis verbis de hac re differere conemur. Liceat tantum pace Letoris, haec pauca speciminis gratia, proferre. Ex metallis reperiuntur; Gallena particulis maioribus micans; Minerae ferri, diversae figurae; vtpote: Ochrae, Lrides martiales, Haematites etc. nec non Cuprum superficiale. Inter mineralia, adsunt: Globuli pyritacei, Pyrites lapidibus adspersi etc. E lapidum genere. Achates teneriores coloris caerulei magnitudine oui gallinacei; Granati in Talco candido; Lrides cornei, rudes, diversi coloris; Iaspides virides et rubrae; Micae variarum specierum et quae alia. Nec minus species Terrarum plurimae inueniuntur. Sine dubio, haec omnia in Oryctographia proprie sic dicta, locum habere debeant et ex hac ratione, praesens Opus, in quo desiderantur, absolutum et perfectum dici nequit.

Arbeit; er fieng sie demnach von neuem an; was noch von übrig gebliebenen hin und her zerstreuten ausgemahlten Zeichnungen vorhanden war, suchte er zusammen, brachte sie in Ordnung und ließ auf vielen Tafeln, die in der Zwischenzeit erhaltene neue Stücke vorstellen, und abzeichnen.

Er schränkte sich aber diesmal meistentheils auf die versteinerte Schaalthiere hiesiger Gegend ein, und nahm nur beyläufig einige Corallen und dergleichen Gewächse mit, so dass er seinem Werke allein, den bescheidenen Titel einer *Probe* vorzusezen, für gut befand.

Dass aber um Danzig noch verschiedene andere in der Erde befindliche Körper vorhanden sind, kann man leicht erachten, und ist es der Ort in diesem Vorbericht nicht, darüber weitläufig sich einzulassen. Nur will man zur Probe ganz kürzlich anführen: Dass an Metallen, grobspiliger Bleyglanz, Eisenstoffen in verschiedener Gestalt, als Ocra, Eisensteine, Adlersteine u. s. w. wie auch angeflogenes Kupfer angetroffen werden. Man findet auch unter den Mineralien: Schwefel in Kies-Kugeln, und eingesprengten Kies, und dergleichen. An Steinen hat man: Feinen blauen Agat, in Grösse eines Hühner-Eyes, Granaten in weißem Talkstein, Horstein-Arten grober Gattung, von verschiedenen Farben; grüne und rothe Iaspisse; Glimmer auf verschiedene Art, und mehrere Körper dieser Gattung. Es fehlet auch nicht an verschiedenen Erdarten. Alles dieses gehört ohnstreitig zu einer vollständigen Oryctographie, und aus diesem Gesichtspuncte genommen, kann gegenwärtige, da dergleichen darinnen vermisst wird, etwas unvollkommen scheinen.



Credendum vero est, Auctorem si vegetioris aetatis fuisset et alia impedimenta non obstatissent, opus suum amplificasse et ulterius prouexisse.

Etenim autem, certo modo, non in plenum elaboratum videatur, multifarie nihilo minus emicat et inter primas Oryctographias, tabulis fideliter ad viuum pictis, decoratas, iure ponitur.

Lithographia Beringeri Würceburgensis, equidem plagulis depictis gaudet; sed quem fugit? quod opus infidelissimum sit. Caeteroquin non desunt Oryctographiae tabulis in aere scalptis egregiis repletae, quae vero colore atro tantum impressae existunt.

Prae reliquis, Oryctographia Norica erudita Baieri et Allionis Pedemontana, excellunt.

Fc
Pretiosissimum et laudatissimum Opus super petrefactis *Knorrianum*, posteris non peritum, doctissima quam adiecit *Walchius*, inter *λιθοτόπους*, nostro tempore, facile Princeps, interpretatione redditum, pro Oryctographia merito reputandum est; sed potius nomen Oryctographiae vniuersalis, imprimis quoad Conchilia petrefacta meretur; cum maximam et nobiliorum partem horum fossilium, quae non solum in tractibus Europaeis, sed in aliis quoque nostri orbis partibus inueniri possint, quasi in se met coadunatam et coniunctam, complectatur.

Es lässt sich aber vermuten, dass, wenn der Verfasser nicht von so hohen Jahren gewesen, und er anderer Ursachen halber nicht wäre gehindert worden, so hätte er seine Arbeit vielleicht mehr ausgeführt und weitläufiger eingerichtet.

Obgleich nun das Werk gewissermassen nicht für ganz vollständig anzusehen ist, so hat dasselbe doch viel vorzügliches, und ist unter die ersten Oryctographien, die mit gemahlten und nach der Natur treu gezeichneten Tafeln ausgefertigt waren, zu rechnen.

Die *Beringerische* Würzburgische Steinbeschreibung, ist zwar auch mit lebendigen Farben ausgemahlet, vorhanden; allein jedermann weis, wie wenig auf ihre Zuverlässigkeit zu bauen ist. Sonst fehlet es nicht an Oryctographien, mit vorzülichen Kupfern, die aber nur schwarz abgedruckt sind.

Die gelehrte *Baiersche* - *Nürnbergische* und *Allionsche* - *Piemontesische* nehmen sich vorzüglich aus.

Das kostbare und belobte *Knorrische* Petrefacten-Werk, welches der um die Steingeschichte vorzüglich verdiente *Walch*, durch seine gelehrte Beschreibungen auf die Nachkommenschaft gebracht hat, ist zwar auch für eine Art Oryctographie Feiner anzusehen; man muss sie aber als eine Allgemeine betrachten, besonders was die versteinerte Schaalthiere betrifft, indem sie das meiste, was sich vorzügliches von dergleichen Körpern, sowohl in den verschiedenen Europäischen Gégenden, als auch in andern Welttheilen befindet, gleichsam zusammen vereinet und gehäuft, in sich enthält.



Quod dispositionem Operis attinet, Aucto-
r tabulis admodum concisas addidit descri-
ptiones, praesertim lingua germanica; tali
modo, ut meri propemodum Nomenclatores
essent; quae latine conscriptae, prolixiores
sunt, et notae infra adiectae, multa singularia
et instructionis plena, continent.

fti Descriptiones Kleinianae, in utraque lin-
gua, immutatae derelictae sunt. Ex alia parte,
praefationem Auctoris alio modo disposui-
mus, et praeprimis, uberrimas sub texto satas
notas, illi inseruimus.

Quum Kleinius noster eam in lingua ger-
manica solummodo conscripserit, libera trans-
latione in latinam vertimus, ut quaedam con-
formitas, cum descriptionibus Tabularum,
existat.

Defunctus Kleinius in praefatione supra
memorata, articulum sequentem allegauit,
quem paulo profusius explicare et in melio-
rem lucem protrahere, necessarium ducimus.
Inquit nempe: quod in Territorio Gedanensi,
etiam Lituitae sic dictae reperiantur. Quan-
tum vero scimus et comperire licuit, nun-
quam tales ceu indigenas inueniri sors conces-
sit, et tria specimina hic loci visa, ex Oelandia
allata et in Tabulis marmoreis huius *Insulae*
conspicienda fuerunt.

Primarius et speciosissimus Lituitum, in
Museo Breyniano, quod paucis abhinc annis
Russiam peruenit, erat; et in Opere de Polytha-
lamiis, aeri inscalptus, ut et in Knorriano viui-
dis coloribus depictus, inter Tabulas Tomi III.
supplementi nomine dictas No. 10. reperitur.

Or-

Was nun die Einrichtung des Werkes anbe-
langet, so hat der Verfasser zu den Tafeln, sehr
kurze Beschreibungen gemacht, besonders in der
deutschen Sprache, so dass sie beynahe nur als
ein bloßes Nahmen Verzeichnis anzusehen sind;
doch ist im Lateinischen mehr Weitläufigkeit an-
gebracht, und besonders in den Anmerkungen
viel artiges und lehrreiches beygefügert worden.

Diese Beschreibungen in erwähnten beyden
Sprachen hat man unverändert gelassen; hinge-
gen ist in der Vorrede vieles auf andere Art ein-
gerichtet, und besonders die häufigen unter dem
Text befindlich gewesenen Anmerkungen in den-
selben selbst eingerücket worden.

Da der Verfasser auch seine Vorrede nur
deutsch niedergeschrieben, so hat man sie um ei-
ne Gleichförmigkeit mit den Beschreibungen der
Tafeln zu beobachten, gleichfalls ins Lateinische
frey übersezt.

Der Verfasser hat in dieser seiner Vorrede
etwas angeführt, welches man näher zu berich-
tigen und aus einander zu sezen, für nöthig be-
findet. Er saget nämlich; dass in der Danziger
Gegend auch sogenannte *Bischofsstäbe* (Lituiten)
gefunden würden; so viel man aber weiß, und
in Erfahrung bringen können, so sind niemals
dergleichen allhier als einheimische angetroffen,
und diejenigen drey, die in unserem Ort gesehen
worden, kamen alle aus Oeland, und befanden
sich in Marmortafeln von dieser *Insel*.

Der erste und schönste war in dem *Breym-
ischen Cabinet*, und ist mit demselben zugleich vor
einigen Jahren nach Russland gekommen; es ist
in dem Werk von den *vielkammerichten Schaalthie-
ren* in Kupfer gestochen, so wie in dem *Knorri-
schen* Werke mit lebendigen Farben abgemahlet,

un-



unter den Nachtragstafeln zu dem III.ten Bande, Tafel n. IV. vorhanden.

Ordine secundum Kleinius possidebat, posteaque cum tota collectione, Baruthum venit. Icon eius sistitur in opere, de *Tubulis Marinis*, Tab. VI. fig. B.

Tertium Societas physica Gedanensis inter collectanea rerum naturalium sua adseruat; in opere Knorriano quoque in Tabulis supplementi No. IV. a. fig. 1. depictus adest.

His tribus exceptis, nulli alii Lituiti, Gedani unquam existiterunt. Esse potest, quod Auctor sub nomine Lituiti, Orthoceratitem apice parumper inflexo intelligi vellet, tum errorem non commisit, quia Orthoceratites tali modo conformatos his in locis reperiri, compertum est.

His praetermissis, de opere ipso haec dicenda sunt; quod in Tabulis depictis, specimena quaedam rarissima et aliis regionibus incognita sstantur, id quod Historiae naturalis peritiores ipsi animaduertent. Nonnulla breviter indicabimus.

Tabula I. fig. 1. 2. *Patellitae rotundae*, profundae sulcatae et *Nautilites* ibidem fig. 7. merito inter riora recensentur. Tab. II. fig. 1. *Ammonites cylindricus erectus*. Tab. IV. fig. 4. ex *Turbinitis*, *Saccus*. Necnon Tab. VI. fig. 15. *Rapa*, et ibidem fig. 16. *Fusus longus* et quae alia.

Ex biualibus Auctor quoque pretiosissima et penitus noua tradidit. Ex. gr. Tab. VII. fig. 1. 2. *Pectines plicati*, *plicis lineatis* 18-20.

Tab.

Den zweyten besaß Klein, derselbe kam mit seiner ganzen Sammlung nach Bayreuth; dessen Abbildung befindet sich in seinem Werk von den Seeröben auf der VI.ten Tafel, Fig. B.

Der dritte ist in dem Vorrath natürlicher Seltenheiten der Danziger Naturforschenden Gesellschaft, und hat man ihn gleichfalls in das Knorri-sche Werk unter die Supplementstafeln No. IV. a. fig. 1. geliefert.

Mehrere Lituiten haben sich niemals in Danzig befunden, und wenn der Verfasser vielleicht unter diesem Nahmen Orthoceratiten mit etwas gekrümmter Spize verstehen wollen, so hat er in solchem Falle auf gewisse Art recht, denn der gleichen werden wohl in den Gegenden um Danzig angetroffen.

Auf das Werk nun selbst zu kommen, so befinden sich auf den gemahlten Tafeln, wie Kenner selbst bemerken werden, verschiedene, besonders seltene und wohl anderwerts niemahls vorhandene Stücke. Wir wollen einige nur kürzlich anzeigen.

Auf der I.ten Tafel, fig. 1. 2. gehören die runden tiefgesfurchten Patelliten, so wie eben daselbst der Schifskuttel fig. 7. darunter. Auf der III.ten Tafel, fig. 1. das gerade Ammons-horn. Auf der IV.ten Tafel, fig. 4. unter den Turbinen, der Sack. Auf der VI.ten Tafel, fig. 15. die Rübe, und fig. 16. die Spindel; nebst andern.

Unter den zweyschaalichten Versteinerungen hat der Verfasser nicht weniger einige sehr rare geliefert, z. B. auf der VII. Tafel fig. 1. 2. die

C

Kamm-



Tab. VIII. fig. 1. Typus, Ephippii Ostrei.
Tab. IX. fig. 9. Pseudo-Amusium. Tab. XI.
fig. 1. a. b. Peeten singularis. Tab. XII. fig. 1.
a. b. Pseudo-Amusium alterum, rarissimum.
Tab. XIV. fig. 1. 2. Auctori sic dictae Stolae.

Kammuscheln mit 18 bis 20. Zähnen. Auf der VIII. Tafel fig. 1. der Abdruck einer Sattel-Auster. Auf der IX. ten Tafel fig. 9. der After-Compas. Auf der XI. ten Tafel fig. 1. a. b. die besondere Kammuschelpe. Auf der XII. ten Tafel fig. 1. a. b. ein anderer höchst rarer After-Compas. Auf der XIV. Tafel fig. 1. 2. die von dem Verfasser sogenannte Priesterhembde.

¶ *Mytulitae*, in Tabula ex sequentibus, testis viuis, splendore perlaceo superbientes, dignissimi momenti sunt, de aliis quam plurimis taceamus.

Petrefactum Tab. XV. fig. 2. Belemnitem mentiens, eiusdem generis videtur esse, cum illo, quod in Tab. XVI. occurrit.

Quoad Delineationem, in praememorata Tabula XV. n. 3. 4. 5. 6. 7. Aucto, quid de illis sentiat, non claris verbis explicauit, sed denominatione generali *Anomiarum* et speciali, *Concharum Trilobarum* eas donauit. Primo intuitu, statim vero, apparet, quod Conchas hodie vulgo Cacaduites dictas repreäsentent. Tempore Kleinii, de hoc petrefacto, nihil certi adhuc statutum et descriptio eius valde manca fuit.

Delineationes enim vero, de quibus hic sermo est, nequicquam ad specimina in his regionibus reperta, ut quidam credere possint, facta sunt; sed figuræ aeri inscalptas sunt, quas defunctus Linckius Lipsiensis, quondam ad amicos miserat et communicauerat, ut
præ-

Die auf einer folgenden Tafel gelieferten *Mytuliten*, mit noch übrig gebliebenen *Perlen-glanz* und natürlichen Schalen gehören auch unter die raresten Stücke, vieler andern zu geschweigen.

Der versteinerte Körper auf der XV. ten Tafel fig. 2. so was ähnliches mit einem Belemniten hat, scheinet von eben derselben Gattung zu seyn, als der auf der XVI. ten Tafel vorkommt.

Was die Zeichnungen auf der vorerwähnten XV. ten Tafel No. 3. 4. 5. 6. 7. anbelanget, so hat der Verfasser sich nicht völlig erklärt, für was er sie halte, sondern sie unter dem allgemeinen Nahmen von Anomien, und mit dem besondern der dreylappichten, oder dreyfach getheilten Muscheln, belegt; man siehet aber gleich, dass sie einige heutiges Tages sogenannte Cacadu, oder Käfermuscheln vorstellen sollen. Zu Kleins Zeiten befand man sich wegen dieser Versteinungsart, noch in sehr vieler Ungewissheit, und die Lehre davon war sehr wenig aus einander gesetzet.

Es sind aber diese hier befindliche Abzeichnungen nicht dafür anzusehen, als wenn sie nach Stücken aus den Danziger Gegenden gemacht wären; sondern sie stellen Kupferstiche vor, die der verstorbene Linck zu Leipzig an seine gute Freunde geschicket und mitgetheilet, um ihre
Ge-

praesentiret, quasnam opiniones, de his petrefactis, quae in Museo suo seruabat, proferrent.

Qui de hac re conuinci cupit, euoluat Brückmanni Epist. Itiner. Cent. I. Epist. XXIII. easdem delineationes ibi reperiet. Attamen pro raritate habendum, quod figurae Linckianae ad originalia ipsa factae, et aeri insculptae, hic tradentur, quum sine dubio distractae et deperdita sint.

Fig. n. 8. in eadem Tab. XV. si non *Chiton*, fortassis *Balanites* videtur esse, hinc inter multiualia locanda.

Hoc insuper notatu dignum est, quod pleraque specimina Conchyliorum petrefactorum, a Kleinio in medium prolata, testis viuis adhuc gaudeant, rarum Exemplum, quod non saepissime in Ostracodermatis lapidificatis occurrit. Ex hac ratione eiusmodi Ostracodermata, viua, appellavit, et a petrificatis, a typo et nucleo distinxit. Coronidis loco et hoc admonendum videtur, quod Auctor in descriptionibus Tabularum, praesertim Ostracodermatum, Denominationes, quibus utitur, ex *Ostracologia* sua, antea edita, desumserit et adhibuerit.

Haec itaque sunt, quae de opere summatim, de Distributione et arguento eius, connotanda nobis visa sunt.

Cum Kleinius noster viueret, studium Historiae Naturalis, Gedani, quodammodo caput

Gedanken zu vernehmen, und was sie von diesen Versteinerungen, die er in seiner Sammlung besaß, für Meinungen hegten.

Um sich dessen zu überzeugen, so beliebe man nur Bruckmanns Epist. Itin. Tom. I. ode Cent. I. Epist. XXIII. Tab. II. nachzusehen, wo eben diese Abbildungen vorkommen; inzwischen ist es doch eine Seltenheit, dass die ursprüngliche in Kupfer gestochene *Linckische* Zeichnungen hier geliefert werden; weil sie gewiss ganz vergriffen und nicht mehr vorhanden sind.

Die Figur No. 8. auf eben dieser XV. Tafel, könnte, wo nicht ein *Chiton*, doch vielleicht ein *Balanit* seyn, und gehörte foglich unter die vielschaalichten Muscheln.

Im übrigen ist auch merkwürdig, dass die meisten von Klein in Abbildungen gelieferte versteinerete Schaltheire, annoch ihre natürliche Schale haben, welches nicht oft bey solchen Conchylia vorkommt; Er hat sie deswegen auch von den gewöhnlichen versteinerten, die man Abdrücke und Steinkerne nennet, unterschieden, und ihnen den Nahmen von *lebendigen* Schalen beygeleget. Zulezt muss man noch dieses erinnern, dass der Verfasser alle zu den Beschreibungen gebrauchte Nahmen, insonderheit bey den versteinerten Schaltheeren, aus seiner vorher ausgefertigten Ostracologie genommen und angebracht hat.

Dieses wäre nun dasjenige, was man von diesem Werk überhaupt, von seiner Einrichtung, und von seinem Innhalt vorläufig anzumerken, für nöthig erachtet.

Zu den Lebenszeiten unseres Kleins, fieng die Naturkunde in Danzig auf gewisse Art erst an



put attolere incepit et vteriores progressus facere conatum est. Exemplum dedit noster sane efficacissimum; forsan et Societas physica tum condita, multum contulit.

Postea Historia naturalis magis magisque exulta fuit, et praesertim paucis praeterlapsis annis, quamplurimi Naturae curiosiores extitere, omnem Lapidem mouentes, ut petrefacta et fossilia cuiusue generis Territorii Civitatis et vicinarum Regionum, in suas collectiones transferre possint. Societas physica Gedanensis in Museo suo permagnam eorum copiam possidet, reliqua in manibus aliorum sunt.

Demortuo Kleinio, ardor in Historiam naturalem non decreuit, sed maiora indies incrementa cepit, siccine quod praesenti tempore numerosissima copia petrefactorum et fossilium ex vicinis tractibus, Gedani, reperiatur; inter quae specimina rarissima, nonnulla etiam noviter detecta, Kleinio nimis incognita, ut illa in medium proferre potuerit, splendide emicant; dignissima certe, quae naturae curiosis ante oculos ponentur et innotescant.

Euentus exspectandus est, quomodo praesens opus Kleinianum, ab orbe eruditio excipietur, et si forte, quod speramus, approbatione dignetur, per facile erit, supplementum copiosissimum, libro ipso haud inferiorem, addere.

*Scriptum Gedani,
Mense Martio, 1770.*

Z.

Prae-

sich zu erheben und weiter auszubreiten; wozu sein Beyspiel das meiste, und vielleicht die damals Naturforschende Gesellschaft vieles mag beyst getragen haben.

Man hat sich in der Folge mehr auf die Naturgeschichte geleget, und haben sich insonderheit viele Liebhaber gefunden, die alles mögliche, was von versteinerten Körpern in hiesigen Gegenden auszufinden war, sich anzuschaffen bemühet gewesen sind. Ein grosser Theil davon befindet sich in der Sammlung obgedachter Gesellschaft, und das übrige in andern Händen.

Nach Kleins Tod ist diese Wissbegierde nicht erloschen, sondern immer weiter gestiegen, so dass anjezo in Danzig ein sehr grosser Vorrath von versteinerten Körpern, aus der benachbarten Gegend sich befindet, worunter ganz seltene, zum Theil neu entdeckte, die Klein nicht gesehen, folglich auch nicht liefern können, sind, die wohlverdienten, dass sie den Liebhabern der Naturkunde vorgelegt und bekannt gemacht würden.

Es wird darauf ankommen, wie gegenwärtiges Kleinisches Werk dörfte aufgenommen werden, und im Falle, wie man es verhoffet, solches Beyfall erhalten sollte, so wäre es leicht, einen sehr beträchtlichen Nachtrag, der eben so stark als das Werk selbst seyn könnte, zu liefern.

*Geschrieben in Danzig, im
Märzmonath 1770.*

Märzmonath 1770.

Z.

Vor-



PRAEFATIO.

VORREDE.

Effectus Cataclysmi Noachini exaggerant, qui origines omnium petrefactorum, tam ex regno animali, quam ex vegetabili, quae alias Lapidès Idiomorphi nuncupantur, ab eo deducunt; cum illi e contrario peccent, qui haec omnia inundationibus specialibus aut mutationibus littorum maris adtribuunt. Nec firmiori fundamento nititur sententia eorum, qui ex receptaculo vastissimo, aquas per meatus subterraneos in superficiem telluris effundunt, aut cum L. A. Moro, ignem causam principalem hujus disturbanceis fuisse, contendunt. Qui Burneti theoriam tueri velit, tale insimul menstruum in fluctibus, qui terram primitivam devastarunt, sibi fingere necesse haberet, quod quidem montes, aquis diluvianis, ad 15 ulnas usque superatos, resolvere, sed tamen materiam animalium et plantarum destruere haud potuisset; relicta ea in testimonium tam memorabilis transmutationis, petrificata.

Alibi, imo in ipsis Act. Soc. physic. gedenensis et in Ephemeridibus quibusdam, de his omnibus verba feci. Certe non denegari potest, quod vel post diluvium, mutationes maxime,

Diejenigen thun der Sache zu viel, welche alle versteinerte Dinge, die wir sonst gebildete Steine (Lapides Idiomorphos) nennen, sowohl aus dem Thier- als dem Pflanzen-Reich ursprünglich von der Noachischen Sündfluth herschreiben, andere thun ihr zu wenig, die dergleichen nur sonderlichen Überschwemmungen und Veränderungen der Meer-Ufer zueignen, oder auch aus dem Wasser-Schaz der Erden durch unterirdische Canäle über die Oberwelt und derselben Erdentheil ausschütten, oder mit A. L. Moro alles dem Feuer allein schuldig wollen seyn. Wenn man des Burnets Lehrgebäude annehmen wollte, so müste man sich zugleich in den Fluthen, durch welche die erste Welt verderbet worden, einen solchen Auflösstaft (Menstruum) vorstellen, das zwar Berge, über welche das Sündenwasser 15. Ellen hoch erhaben worden, aufgelöst, doch aber die Zeuge der Thiere und Pflanzen nicht übergewältigt, sondern als Merkmale einer so denkwürdigen Veränderung, versteinert zurückgelassen hätte.

Ich habe anderwerts, selbst in den Abhandlungen der hiesigen Naturforschenden Gesellschaft, wie auch in andern Tage-Büchern, hin und wieder von dem allen und mehreren Anre-

D

gung

mae, in nostro terrarum orbe, intrinsecus et extrinsecus acciderint, quae non solum in mari mediterraneo, sed etiam in oceano novas insulas, per ignes subterraneos et conquaßationes terrae fortissimas procrearunt, ex alia vero parte, regiones, urbes et insulas destruxerunt, ac in antiquissimis seculis, non pauca maria, lacus et sinus denuo effinxerunt. Ejusmodi eversiones plusquam suffecere, ut plurima corpora hinc absumta et illinc addita, etiamque vario modo, in terram recondita et quaedam successu temporis mutata et petrificata fuerint.

gung gethan; und mögen wir nicht in Abrede seyn, dass auch nach der Sündflut grosse Veränderungen in und auf unserem Welt-Körper entstanden, und nicht allein im Mittelländischen Meer, sondern auch im Ocean durch unterirdisches Feuer und viele gewaltige Erdbeben, neue Inſuln hervor gebracht, dagegen anderwerts Länder, Städte und Inſuln zu Grunde gegangen, und in den ältesten Zeiten, manchen besondern Meeren, Land-Seen, und Meerbusen Platz gemacht haben; welche Umwelzungen schon zulänglich gewesen, dass vielerley Dinge an einigen Orten abgenommen, und andern zugekehret, auch wiederum auf mancherley Weise in die Erde verscharret, und unterschiedene mit der Zeit verändert und versteinert worden.

In Considerationem venit, quod nostro tempore, Lima, metropolis regni peruviani et Callao portus ejus, pertulere. Novellae publicae post I. Nov. 1755. relationibus lamentabilibus ex Asia, Africa, et ex maxima Europae parte, specialiter ex Portugallia, repletæ fuerunt. Non sine horrore, terrae motus, ordine chronologico, per Marcellum Bonitam, in libro suo, cui titulus: Terra tremente, overo continuazione de Terre moti, dalla Creatione del Mondo sino al tempo presente in Napoli, 1691. 4. digesti, perlegi possunt, comparata inſimul multitudine eorum, quae in *Antonio Mongitore*, Sicilia ricanata, nelle cose piu memorabile; in Palermo, 1742. 4. et in *Andreae Bina*, ragionamente sopra la Cagione de Terremoti in Perugia, occurrit. In primo libro, ab anno mundi 1765. vsque ad 3949. faluo errore calculi, siue chronologiam fundatam esse, ponimus, 150. et post nativitatem Christi, vsque ad annum 1690. 660. in summa 810. Terrae motus computavi; ex quibus 40. vniuersales et in specie 4. in Polonia et in vicinis regionibus, de quibus et Cromerus, Tom. II. fol. 553. perlegendus existere. Quod Prussia nostra traetiusque Polesini, harum calamitatum participes fuerunt, haud dubitandum est; paucis abhinc seculis, vestigia exstant, quod naues ex mari balthico ad urbem *Graudentium* dictam vsque peruerint.

Non hic loci est, nec tempus mihi sufficit, vt perpendere possim, an Plato in *Timaeo*,

no-

Man bedenke nur, was sich zu unseren Jahren mit Lima und Callao zugetragen? Was gaben uns nicht die tägliche Zeitungen, seit dem ersten November dieses 1755. Jahres, aus Asien, Africa und dem grössten Theil von Europa für betrübte Nachrichten, insbesondere aus dem Königreich Portugall? So kann man auch nicht ohne Grauen, die gesammlete chronologische Erdbeben des *Marcello Bonito* in seiner Terra tremente, overo continuazione de Terre moti dalla Creatione del Mondo sino al tempo presente in Napoli; 1691. 4. anhören, wenn man daneben hält, die Menge derselben, in des *Antonio Mongitore* Sicilia ricanata nelle Cose piu memorabile, in Palermo, 1742. 4. und *Andr. Bina* ragionamente sopra la Cagione de Terre moti in Perrugia. Beym ersten Schriftsteller habe ich salvo errore Calculi; seit dem Jahr der Welt 1765. bis 3949. wenn wir die Chronologie für richtig annehmen 150. und von Christi Geburt bis 1690. 660. zusammen 810. Erdbeben angetroffen, unter welchen 40. allgemeine und insbesondere vier in Pohlen und denen benachbarten Ländern gewesen seyn sollen, wovon man auch *Cromer* Tom. II. f. 553. nachschlagen kann, an welchem vielleicht unser Preussenland und die Polesische Gegenden kein geringes Anteil mögen gehabt haben, indem wir seit wenigen Jahrhunderten Spuren haben, dass Schiffe aus der Ost-See bis nach Graudenz gefahren.

Es ist hier nicht der Ort, die Zeit erlaubet mir auch nicht, zu erwegen, ob Plato im *Timaeus* die



nouum sic dictum mundum (Americam nempe) denotare voluerit, cum Critias de mari atlantico dicat, ante ostium suum aut ante columnas Herculeas, insulam fuisse Lybiam et utramque Asiam, magnitudine superantem, de qua via ad alias insulas, et ab his ad omnes terras firmas, Oceano vero aut mari nunc pacifico dicto, adiacentes, existiterit. Nonnulli hanc insulam maiorem, tota Asia, et Africa fuisse, et terram firmam, hodiernum Peru et Americam significare fingunt; imo post Diluvium, populationem noui sic dicti mundi, a praedicta insula, petunt. Cum ita sit, quod homines non peraërem illinc peruenire potuerunt, restabant attamen alia duo media, auxilio quorum, non interueniente illa magna insula, transitus fieri potuit. Primum: praeter voluntatem nauigantium, per ventos et tempestates; secundum: per septentrionales plagas, quas transire posse, et hodie sedulo quaeritur. Tali modo et hominibus et animalibus, ad loca iam dicta, peruenire licuit, et celebrata insula non opus fuit, quae ut Plato iterum afferit, spatio 24. horarum ab Oceano atlantico submersa est. Adquiescamus in hac re, cum in animo habeamus, corpora subterranea et petrificata, in primis Ostracodermata diuersi generis, oculis expondere.

In ulteriore mea Lucubratione subterranea, *) iam dixi, quod per suum quendam lapidificum, corpora illi idonea, intra terram diuerso modo petrificantur. Succus nempe ille lapidificans, et minimas particulas eorum penetrat et vel ipsas per quandam macerationem sibi propriam, paulatim resoluit, et loco earum, non mutans formam, figuram et aspectum materiae, accuratissimamente.

*) Auctor sub nomine Lucubrationis subterraneae etc. intelligit, Commentationem suam, latina lingua conscriptam, cui titulus est: I. Th. Klein, *Lucubratio subterranea de terris et mineralibus, accedit ei Lucubratio posterior subterranea, de lapidibus Idiomorphis, cum perpetuis commentariis, 4.to Petropoli, Typis Acad. Scientiarum, 1760.* Illo tempore, quo hanc praefationem concepit, nondum typis mandata erat, sed post obitum eius prodiit. Epitomen quondam in lingua germanica, conventioni Soc. physic. Gedan. praelegerat. Z.

die jezige neue Welt damit andeuten wollen, wenn Critias von dem Atlantischen Meer saget, dass es vor seinem Ostio, oder vor den Säulen des Hercules eine Insul gehabt, die grösser als Lybien und beyde Asien gewesen, von wannen man zu andern Insuln kommen können, und von diesen auf alle füssfeste Länder, welche um das rechte grosse, oder das Süd-Meer liegen. Einige machen die Insul grösser als ganz Asien und Africa, und das feste Land, terra firma, zu dem heutigen Peru und America; wollen auch nach der Sündfluth von jener Insul, sogar die damahlige Bevölkerung der heutigen neuen Welt herleiten. Wenn es nun zwar an dem ist, dass die Völker nicht durch die Lust dorthin gekommen, so sind doch inzwischen noch zween andere Wege, bey welchen es jener grossen Insul nicht bedorft, vorhanden gewesen, der eine nemlich, wider der schiffenden Menschen Willen, durch Wind und Wetter, der andere Nordwerts, welcher Weg annoch sorgfältig gesuchet wird, auf welchem Menschen und Thiere dahin gelangen können, dass es also der gerühmten Insel nicht vonnöthen gewesen, welche, wie gleichfalls Plato meldet, innerhalb 24. Stunden vom Atlantischen Ocean ganz und gar verschlungen worden. Wir wollen es für dismahl dabey bewenden lassen, nachdem wir nur verschiedene unterirdische und versteinerte Dinge, besonders Schalen-Steine vorzulegen gesonnen sind.

In meiner zweyten Licht-Arbeit *) habe ich schon erwähnet, dass durch einen *Steinsaft*, Körper, die des fähig sind, in der Erden verschiedentlich versteinert werden, welcher die kleinsten Theile derselben durchdringet, selbige auch durch eine ihm eigene *Beize* nach und nach wohl gar auflöst, und in deren Stelle ohne die Form, Figur, und das Ansehen des Zeuges zu ändern, sich selbst genau und vollständig niederlasse, als ob

D 2

*) Der Verfasser versteht unter dem Nahmen der zweyten Licht-Arbeit, seine lateinische Abhandlung, die den Titel führet: I. Th. Klein, *Ulterior Lucubratio subterranea de Terris et Mineralibus, accedit ei Lucubratio posterior subterranea, de Lapidibus Idiomorphis, cum perpetuis commentariis, 4.to Petropoli, Typis Acad. Scientiarum, 1760.* Sie war zu der Zeit, als er gegenwärtige Vorrede verfertiget, noch nicht gedruckt, und kam erst nach seinem Tode heraus. Einen Auszug davon, in teutscher Sprache, hatte er einsmals in der Versammlung der Naturforschenden Gesellschaft vorgelesen. Z.



tissime et perfectissime ipsem et considerat, ac si totum corpus vel eius partes, diuersis pro speciebus, ab origine lapides. Idiomorphi fuissent; quae diuersitas attamen, paeprimis in Ostracodermatibus maxima esse solet. In Prussia vbiunque numerosa supellex corporum petrificatorum inueniri possit, si opera illa inuestigandi, detur. Leg. de his pluribus. Helvv. Lithogr. Angerb. I. II. et Rzaczinski, Hist. nat. Pol. I. II.

Circa Gedanum, in tota Pomerellia et Casubia, specimina nobiliora talium corporum, pae Prussia Orientali inueniuntur. Occurrunt saepissime, species plantarum marinorum et terrestrium. Multis in locis, tempore mesis, agricolae, vt falces suas exacuant, lignis petrificatis vtuntur. Reperiuntur partes singulares Encrinorum et animalium testis cornueis. Belemnitarum, Solenitarum, Orthoceratitarum, Lituitorum et Echinorum, varia et permagna copia, pae ferte rarissimorum et incognitorum Conchyliorum, in nostris montibus et quidem lapidibus certi generis, inclusa iacet. Cum hic de Belemnitis et Solenitis, Sermo, in transitu, de his duobus petrificatis, sequentia addam, et quidem quod primum attinet: Eruditi non conuenerunt, quid Belemnitae sint. Nuperrime quidam affirmauit, quod radicem habeant, et hac ratione in regnum vegetabile collocanda essent. Successu temporis forsitan Zoophyta deuenient. Alii credunt, quod vngues extremitatum pedum, stellarum marinorum, ingentis magnitudinis, quibus infundo maris fere adfingant, essent. Sunt et aliae de iis singulares opiniones. Quod ad meam sententiam; hoc tempore opinor pro certo: quod ad regnum animale pertineant et relinquere eas posteritati, accurate determinandos. Quod ad Selenitas: contribuerunt sane multum, vt Polypi, artifices plantarum marinorum existimati fuissent. Sed hic perpendendum est, et in considerationem veniunt, magna illa diuersitas inter vtrosque vermiculos, et scutella tubulorum marinorum, quibus hi se Coralliis adfingant et ab illis distinguuntur.

Olim, multa sedulitate, per magnam copiam, tabularum pictarum, maxima ex parte,
cor-

ob der ganze Körper oder dessen Theile, nach mancherley Arten ursprünglich gebildete Steine gewesen wären, welcher Unterschied dennoch vornehmlich bey Schaalthieren sehr gros zu seyn pfleget. In Preussen aller Orten wäre ein starker Vorrath von versteinerten Dingen zu finden, wenn man sich nur die Mühe geben möchte ihnen nachzuspüren. Man lese hierüber mit mehrerem Hellw. Lithogr. Angerb. I. II. und Rzazinski Hist. nat. Pol. I. II.

Um Danzig, in ganz Pomerellen und Cassuben, giebt es vorzügliche Zeuge vor denen in dem östlichen Preussen; es ergeben sich vielfältige See- und Land-Pflanzen; an verschiedenen Orten bedienen die Leute zur Augst-Zeit für ihre Sennsich des versteinerten Holzes; man findet besondere Theile von Encrinis, und Thieren mit hornichten Schalen; eine Menge von allerhand Belemniten, Soleniten, Orthoceratiten, Lituiten und Echiniten, insonderheit vielerley rare und darunter unbekannte Schulpen, auf unsren Bergen, und zwar innerhalb besondern einzeln Steinen eingeschlossen. Da ich hier der Belemniten und Soleniten gedenke, so will ich beyläufig wegen dieser zweyen versteinerten Körper, noch folgendes beyfügen, und zwar was die ersten betrifft: dass die Gelehrten noch nicht eins sind, wofür man die Belemniten zu halten habe; nur jüngst gab man vor, dass an ihnen eine Wurzel zum Vorschein gekommen wäre, und man sie ins Pflanzenreich zu versezen hätte; vielleicht werden sie mit der Zeit gar Thier-Pflanzen. Andere wollen, sie wären Nägel von denen äussersten Füssen der Meersternen, welche eine ungeheure Größe haben, und sich damit im Grunde des Meeres befestigen sollen; andere hegen noch wunderlichere Gedanken. Das halte ich für diese Zeit für wahr: Sie gehören zum Thier-Reich, und überlasse sie der Nachwelt zu näherer Bestimmung. Was die Soleniten anbelanget, so mögen dieselben manches beygetragen haben, dass die Polypen für Werkmeister der See-Gewächse gehalten worden. Man erwäge aber den grossen Unterschied beyderley Würmer, und die Schilden der Meerröhren, mit welchen diese sich an die Corallen anhängen, und von ihnen sich unterscheiden.

Ich hatte ehdies mit vieler Sorgfalt eine grosse Menge schöner Zeichnungen grossen Theils aus

corpora fossilia ex territorio Gedanensi et ex vicinis locis exhibentium, procuraveram, sed persuasionibus, cuiusdam personae conditionis distinctae, seductus, praecipuas delineationes alibi deponi curavi, ratione supposita, quod Auctarium novi operis edendi, fieri deberent. Hoc est, de quo Rzaczinski in Auctario Hist. nat. Polon. pag. 6. scripsit: **FOS-SILIA PETRIFICATA**, a Cultore — naturae singularium — circa urbem et in eius viciniis studiose collecta, museo illata, nobiliora vivis coloribus nitidissime delineata, hic exponuntur, quibus si lapides rariores, ibidem repertos, addideris, materia ampla se offerret, ad Lithographiam Pomerelliae imprimendam.

Quae mihi nunc restant ex hac collectione, post amissionem praefatam, delineationes vivis coloribus exornatae, petrificatorum nostrae regiones, illas in hoc opere communicabo, existimans, quod etiam mutata Ostracodermata, Historiae Ostracologicae, potissimum inservire possint, praeprimis in talibus speciebus, quas nemo vivas, nec illarum testas unquam vidit, et ex quibus nonnullae rarissime ex abysso maris in lucem prodeunt.

Lapides Gedanensium, in quibus varia corpora, in primis Ostracodermata latitant, sunt coloris ex cinereo coerulescentis, substantia ex Magmate lutose et arenoso compaeta; nunc quasi semi-vitrei aut cornei, ita ut sub malleo dissiliant, aegre licet; unde fit, quod illorum contenta, quae saepius maximi sunt momenti, infeliciter conturbentur. Quibus fortuna mitior est, illi, ut plurimum, vividos testarum, Belemnitarum, quarum uberrima seges est, aliorumque corporum, colores conservatos exhibit. Aliquando ipsa Conchylorum materia mere perlacea, in quibusdam Mytulis, argentea vernice resplendet. Ejusmodi **CONCHYLIA**, Testas vivas adpellabimus, easdemque a petrificatis a typo et nucleo distinguimus. Hi Lapides nobis occur-

aus der Erden, bey Danzig und in dasigen Gegendem gezogener Körper besorget, lies mich aber von einem vornehmen Ort bereden, das fürnehmste davon anderwärts nieder zu legen, nachdem es damals hies; sie sollten ein besonder auszuführendes Werk vermehren helfen; das ist es, wovon Rzaczinski in seiner vermehrten Naturgeschichte von Pohlen p. 6. schreibt: „Die ausgegrabene versteinerte Körper, die von einem Naturkundigen und Liebhaber von Seltenheiten, bey der Stadt Danzig und in dasiger Gegend sorgfältig gesammlet, in sein Cabinet gebracht, und davon die vorzüglichsten Stücke mit lebendigen Farben auf das netteste sind abgemahlet worden, werden hier vorgezeigt, so dass wenn man die eben dafelbst gefundene rare Steine mit beygefügten, so würde sich Materie und Stoff genugsam darbieten, um eine Steinbeschreibung von Pomerellen dem Druck zu übergeben.“

Was mir nun von dieser Sammlung, nach ob erwähntem Verlust, übrig geblieben, und so viele Zeichnungen von Versteinerungen hiesiger Gegend, mit lebendigen Farben, ich noch vorrätig habe, will ich in diesem Werk mittheilen, nachdem ich dafür halte, dass auch veränderte Schalenhäuser, (ostracodermata,) der Historie der Ostracologie, sonderlichen Vorschub geben können, besonders in solchen Gattungen, die niemand lebendig oder auch nur ihre Häuser gesehen, oder wovon einige gar selten aus der Meer tiefe zum Vorschein gekommen sind.

Gedachte **Schulpen-Steine**, fallen gemeinlich aus der Aschfarbe in das blaulichte, sind von einem feinen sandichten Laim brockenweise zusammen gebacken, gar hart, und hin und wieder an einigen, wie die gemeine Küchensteine, und Adernweise, als vitrificirt; lassen sich anders nicht als durch starkes Hammern zerschlagen; springen sie alsdenn glücklich in Stücke, so erhält man für seine Mühe die raresten Schneckenhäuser, Belemniten und andere frembde Körper, welche innerhalb solchen Steinen verdeckt gelegen, und zum Beweis dienen, dass der Preussische Boden ehdies ein See-Boden gewesen. Die meisten werden unbrauchbar, und man kann ihrer doch nicht anders als durchs Hammern habhaft werden. Das Glück muss dabey das beste thun.

runt, in agris montanorum, in fodinis arena-
riis, collibusque lutofis, et testantur luculen-
ter solum Prussiae nostrae, Fundum maris olim
exstitisse.

Raro Conchylia plane petrificata aut in si-
licem mutata, ut matrix in qua delitescunt,
inveniuntur; nec communiter observatur,
quod Testae in materiam cretaceam permuta-
tae, aut antequam in Magmata pervenissent
et circumvolutae fuerint, solutae et exsae vel
calcinatae sint. In plurimis superstites sunt
colores nativi, et si sulcati, costae conservatae,
et tamen cum lapide coadunatae existunt. Sic-
cine, qui scit, unde ad nostras regiones dela-
ta, mihi pro maxima parte, ignota Conchylia,
in principio in fundum maris coenosum, aut
in solum ferrugineum pervenerunt et rece-
dentibus littoribus, per iteratos fluctus, in
